

vans redditus omnes, solatis oneribus, juxta Privilegium a summis Pontificibus in Reformationis gratiam concessum, ut regularia Beneficia in Reformationem ac naturalem statum restituantur.

Post aliquot a resignatione dies Chorus Ecclesie dicti Prioratus ruit ipse per se. Contendit Resignatarius Resignantem ad ejus reparationem teneri.

I. Quia cum naturali Jure aperte pugnat, ex Beneficio plus percipi, quam producit: id autem caderet in Resignantem, si cum redditum omnem ipse perciperet, teneretur prout Resignatarius vel sui ipsius, vel Ordinis impensis eam reparationem conficere.

II. Quia hoc Chori excidium, ex vetustate proveniens, multo ante resignationem cepit: cumque Resignans per annos quindecim Beneficium possederit, excidium proinde illud eum potius spectat, quam novum possessorem, qui modo ad Beneficium accessit. Ecclesie Chorus non corrui de repente, qualesque momento temporis, ruina dubio procul multo ante imminabat: ac jure quidem presumi potest, reparationem casum non contigisse nisi ejus culpa, qui, prout tenebatur, eam non prevenerat, atque impedierat.

Respondet Resignans, se, cum egerit bona fide, ad id, quod forte fortuna post resignationem tantum contigit, non teneri. Non amplius ego sum Prior, inquit, calamitas hæc ad Resignatarium spectat, id ego non distitit: sed ad me quidem malum hoc non magis pertinet, quam ad eum, qui bona fide domum vendidisset, pertinet, si statim post contractum incendere, vel immedie post emptionem collaberetur.

In hac Resignatarius, casum hunc non ex eo ipso temporis puncto, quo contigit, pensandum esse, cecidit sane subito Chorus, & non pendentem, sed casus hic ipse satis evincit, Chorum multo ante resignationem inibi fuisse, ut laberetur, ac non nisi Resignantis negligentia lapsam esse.

Cum porro dicitur, is, qui domum vendidit, eam restituere non teneri, si ea malo fato statim post conventionem ceciderit, vel flammis absumpta fuerit: ita tum solum habet, cum excidium impediri nec potuit, nec debuit. At in hac facti specie Resignans Prior exiit per annos quindecim: Choro prospicere tenebatur: & cum non ita se gesserit, excidium rationem reddere debet.

Contendit præterea Resignans, Resignatarium suum in se ipsum iacturam hanc rejicere non posse, quia satis compensabitur proventus, quo Monasterium post ipsius mortem gaudebit, qui quidem proventus tunc ad Congregationem, & ad Familiam, cujus ille Religiosus est, pertinet.

Resignatarius reponit, si resignati Beneficii fructus omnes retineri non possunt, ac si eos Resignanti tribuendi Privilegium non alia de causa S. Mauri Congregationi concessum

fuit, quam in Reformationis gratiam, atque ut Beneficia Regularia in primigenium ac naturalem suum statum restituerentur; multo minus licere contendere, ad vetustatis reparationes, quæ Resignantem unice afficiunt Resignatarium teneri.

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum censet, Resignantem ad Chori, de quo agitur, reparationem ex Regulis obligari, quia paulo post resignationem vetustate, ac sua quasi sponte collapsus est. Et sane sit vero simillimum, eum, si qui Prioratum hunc possedit annorum quindecim spatio, consuluisset, & necessarias reparationes exhibuisset, non ita statim ac de repente lapsurum fuisse. Resignans ergo culpa factum est, ut ille tam depravatus ac labilis evaderet, atque immedie post resignationem subito laberetur.

Non idem autem de Ecclesia iudicium ferendum est, ac de domo vendita, quia Proprietarius post venditionem non amplius ejus rationem reddere debet, ac Beneficiarius adificiorum Beneficii sui nec Dominus est, nec Proprietarius, sed Administrator tantum est, & hoc quidem titulo ejus curam gerere debet. Quomobrem si hac in re desit, in eum, vel post ipsius mortem in ejus hæreditatem actio competit.

Nec refert, Resignantem satis damni subire, dum Prioratum suum Regule subdit, sequæ privat resignandi jure, quo gaudebat. Item non responderit, satis eum compensari, dum ipsi, quoad vixerit, omnes Beneficii fructus absque ullo profus onere conferuntur. Præterea si Resignans, dum Prioratum cederet, in animo habuisset, reparationes in Resignatarium rejicere, & id exegisset tanquam conditionem, sine qua minime resignasset, simoniae fuisse ejus intentio; dedisset quippe rem spiritalem in eum tantum finem, ut temporale eodem modo consequeretur. sequæ onere, quod in se cadere debebat, liberaret: quod sane proprie dicta simonia foret.

Denique esto Resignatarius, perfecto locorum statu, contigisset, non idem tamen concludi possit, eum renuntiassa juri, quo gaudebat, reparationes, quæ ad Resignantis tempus pertinuissent, ex ipso exigendi. Id magis est & converso rationi consonum, ideo Resignantem de reparationibus suis, quod eas de jure deberi sciret, ac vereretur, ne, si de his verba faceret, id quidem resignationem impediret, ac propositionibus, quas ipse nec acceptare nec exequi potuisset, ansam præberet.

Ex his omnibus sequitur, Resignantem teneri, Chorum Prioratus, de quo agitur, restituendum curare. Decisum Parisiis die 10. Julii ann. 1698. G. Fromageus.

admodum sibi thesaurorum, qui reperiantur, partem vindicant. Antiquum possessor boni, quod perdidit, suum omne ad illud jus propter oblatam cederet, ejus invenendi jam omni spe destitutus: atque ita is, in cujus manus res incidit, eam sibi retinens, nullam eidem injuriam inierit; neque vero dici potest hoc bonum ad Ecclesiam, Pauperesve spectare, quoniam nulla occurrit lex, quæ jus iis tribuat, hujusmodi boni sibi arrogandi.

II. Et quidem, qui facta mille reperit, opposita est Fidei consuetudo, nonnullæ Synodi, & Constitutiones Episcoporum, Theologorumque consensio, a quibus D. de Sainte Beuve non recedit, quo in dubio tutiorem partem eligere cogitur; verum ille respondet consuetudinem non talem esse, qualis iactatur, & quæcumque demum sit, vim legis omnino non habere; & Synodos & Episcopos de rebus inventis non loqui, sed folium de ablatis, aut male acquisitis, quarum ignorantur domini, & quas retinendi titulus nullus adest, cum e converso ipse ius bonæ fortis titulum habeat, & nemini injuriam faciat; contenditque saltem hæc Synodos satis habere res inventas pauperibus largiendi consilium proponere, non autem id faciendi obligationem ingerere voluisse, quoniam earum est ejusmodi tantummodo leges condere. Negotium hoc est pure temporale, in quo Principes tantum quicquam statuerè possunt. Casuistæ vero non magni faciunt, quorum alter, inquit, alterum describit, qui que fere non satis confirmant, quod proponunt, præsertim cum plures eorum, qui arrogatæ hujus obligationis pauperibus inventa tribuendi originem investigant, aut non sint pronunciare eam aliqua naturali aut civili lege nisi, sola consuetudine, & supposito Ecclesiastico jure eidem faventibus.

Denique cordati Viri Parochi, qui consulti, ajunt ipsum jure abolitionem et negare non posse, qui hæc pecuniam invenit, quod ille renatam eam Ecclesiis & pauperibus universam tribuere, cum eum de hac obligatione argumentis irresistibilibus convincere nequeat, in ea præsertim, in qua est, animi præparatio de pecunia antiquo possessori redditorum, & quod ab omni spe longissime distat, is detegatur. Ajunt & illud, Parochiam ipsam desceptæ teneri summam, quæ ut in elemosinam erogatur, ipse auctor fuisse, & possidenti de jure restituere, quia nullum jus habet hominem suæ curæ concredidit eo bono suo tollendi, quod ei divina providentia comparavit, donec ipse consilium suam opinionem tantum problematica firmare possit.

Sorbonæ Doctores pergratum fecerint, si æquo animo tulerint se rursus orari, ut suam decisionem ita confirmet, ut possint penitentem convincere, qui magno opere ratiocinatur.

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum putat, antequam iis fatisset, quæ Expositione continentur, animadvertendum esse non hic agi de Thesauro ex rebus a promeritis res domino carere. Quæstio nempe est de rebus inventis; earum porro genera sunt tria, I. aliæ sunt, quæ nunquam dominum habuerunt, cujusmodi sunt, quæ in maris littore reperiantur, margaritæ, auri granæ, lapilli pretiosi, atque id genus alia; hæc nempe juxta Divum Thomam 2. 2. q. 66. art. 5. & Justinianum in suis Institutis titulo de verum divif. 5. item jure inventoris. II. existunt res inventæ, quæ dominum quidem habuerunt, sed per derelictum habentur, quæ dominus de iis recuperandis non est sollicitus, in suarum rerum numero non amplius easdem habens; hæc res, Divi Thomæ sententiæ, pertinent ad inventorem; quod etiam declarat Imperator Justinianus loco laudato §. hoc amplius, dum inquit: Pro derelictis autem habentur, quod Dominus ea mente abiecit, ut id in numero rerum suarum esse nolit: ideoque statim dominus esse desinit. III. denique sunt res hæc ita pridem amissæ, quæ Dominum habuerunt, & etiamnum habent; ac de his quidem in expositione sermo est, quoniam de trium milie librarum summa agitur, quam quis invenit in via publica Urbis ingressa novendecim ab hinc annis.

Hoc postea, respondetur, Titium, qui hæc summam reperit, quia Dominum inveniret, adhiberi licet curas omnes ad eam detegendam necessarias, teneri eam pauperibus tradere, nec tantum propriam sibi retinere posse. Nihil id auctoritate Divi Thomæ 2. 2. q. 62. art. 5. ad 3. ubi de bonis incertis verba faciens, quorum Dominus ignoratur, hæc habet: Quod si ille, cui debet heri restitui, sit omnino ignoratus, debet homo restituere secundum quod potest; scilicet dando in elemosinas pro salute ipsius, sive sit mortuus, sive sit vivus; præmissa tamen diligenti inquisitione de persona, cui restitui est sciendum.

Theologorum agmen in hac decisione ivit manibus pedibusque. Nulla est sane civitas aut canonica lex, quæ res inventas Ecclesiis aut pauperibus tribuat, verum id quoque conveniat necesse est nullam profus legem esse, quæ earum dominum illud constituit, qui eas invenit. Auctor Legum civilium secundum earum ordinem naturalem rom. 2. l. 3. tit. 7. de possessioe s. 2. ad 8. pag. 428. contendit rei amissæ

inventorem, cum pro viribus dominum inquisierit, si eum non detexerit, ejus dominum existeret, donec proprietarius appareat, suumque jus probet; Auctoris in hunc locum adnotatio est, si dominus detegi nequeat, perinde esse, ac si res nullius esset.

Verum hic Auctor in suæ sententiæ confirmationem nullum juris textum expressum citat, ita ut hæc sit singularis opinio communi Theologorum & Jurisconsultorum sententiæ repugnans. Patetur id Soto l. 5. de Just. q. 3. ad 2. circa finem, Soto, qui primus & antesignanus est exigui numeris centiorum Theologorum in hoc articulo veteribus oppositorum. En ejus verba: Est quippe fere unus consensus tam Theologorum, quam Jurisconsultorum, ut Summissæ ajunt, quod sunt pauperibus restituenda. Posset etiam contra hunc Auctorem citari lex Omnes peregrini l. 6. cod. tit. 58. in qua dicitur, in piis operibus impendenda esse peregrini bona, cujus consanguinei ignorantur: Si peregrini investiti accesserint, ad hesperem nihil perveniat, sed bona ipsorum per manus Episcopi loci, si fieri potest, hæreditibus tradantur, vel in causas piæ erogentur.

Si ergo nec in Evangelio, nec in Jure positivo ulla est expressa regula, quæ clare definiatur, ad quem demum res inventa pertineat: quidni dici possit earum dominus id in animo habere, ut ea pauperibus tribuantur? Ita factum præsumi potest; est enim maxime probabile, eum, qui pecuniam, aut aliud quicquam amisit, cujus semper est dominus, pergratum habiturum, si ad suam ipsam salutem id impendatur, sibi que, ut loquitur Divus Thomas, secundum id quod potest, restituatur, scilicet dando in elemosinas, ut ad hesperem nihil perveniat, sed bona ipsorum per manus Episcopi loci, si fieri potest, hæreditibus tradantur, vel in causas piæ erogentur.

Id in causa fuit, cur plerique Theologi, quorum auctoritas in iis, quæ nec lege nec consuetudine decisa sunt, regula loco esse potest, hæc sententiam amplecterentur. Jam vero in questione, quam nos expendimus, Theologorum Divum Thomam sequentium numerus atque excellentia sententiam hæc cæteris magno opere præferunt. Vide Sylvium, Auctoresque, quos laudat in loco Divi Thomæ, 2. 2. q. 66. Sylvestrum 2. inventus q. 2. pluresque alios Theologos & Jurisconsultos ab iis appellatos, qui hæc materiam pertractant, quibus addi potest Dominus de Sainte Beuve tom. 2. Casu 159. qui censet inventa pauperibus tribuenda esse, cum factis inquisitionibus eorum dominus cognosci non potest; Molina 2. 2. de Just. disp. 746. Diana tom. 2. art. 5. n. 25. in medium afferet Auctores plures in communem sententiam, quam piam & tutiorem putat, licet contrarium ei valde probabile videatur.

Soto, qui pro opposita sententiæ se clarius explicuit, profert non audeat suam cum veritate coherere; satis habet asserere, ut amissas res ad eum, qui invenit, pertinere contendat, graves rationes sibi prælo esse: Licet ergo non audeam contra communem opinionem asserere, quædam affirmare, sunt tamen mihi gravissima momenta, quibus inventor potest sibi in conscientia retinere. Verumtamen communis sententiæ præsertim est tanquam tutior, ac proinde res inventæ Ecclesiis & pauperibus tribuenda sunt. Quomobrem Azorius 3. p. l. 4. c. 27. Sotum resiliens in veterum modum concludit, re funditus examinata: Hæc opinio, inquit, mihi videtur in præci sequenda tanquam communis apud antiquos maxime; ejus enim generis bona non carent domino, licet ignoretur. Ergo juramentum committit, qui ea bona propria auctoritate usurpat ac retinet.

Neque vero ad eludendam Theologorum auctoritatem, ut est in Expositione, Casuistis accomodandum est illud, qui unum nolit, omnes nolit; hæc enim disputatio, si locum haberet, longius abiret, quam par est, quoniam eo tendit, ut Theologis eripatur argumentum, quo ad eorum, quæ proponunt, veritatem firmandam utuntur. Idem quippe in alia quoque materia de communi sententiæ dici potest, id quod esset in Theologicis controversiis, ut est in moralium summopere perniciosum. Expendenda quidem sunt æstimationes rationes; at cum ea inter probatos Auctores communior est, id argumento est eam gravibus momentis niti; atque hoc in causa est, ut probabilior ac tutior sit.

Dicere porro res inventas pro relictis, aut tanquam bonam sortem a Providentia oblatam habendas esse, fallium principium est, quod absque fundamento pro certo ponit amissionem rerum nullam fundamentum pro certo ponit amissionem tantum rebus offerri potest, quia qui eorum dominum habet, ei renunciasse censetur; cum res inventæ dominum habeant, cui statim atque innoverit, reddenda sunt; atque ita tanquam bonam, quod inventor non edidit, spectanda sunt. Quomobrem ipsarum, ut boni vacantis dominium a providentia in eisdem translaturum esse dici non potest.

Existit in Jure lex, quæ ei alienum bonum adjudicat, & propriam reddit, qui certum post tempus id possidet, lex

CASUS.

Rerum inventarum quis usus esse debeat.

Res inventæ restituenda sunt, invento Domino; aut non invento, in bonis operibus injungenda.

QUÆSITUM.

Rogantur Domini Sorbonæ Doctores, ut ipsis placeat super insequenti Casu decisionem suam tradere, eamque rationibus, atque auctoritatibus confirmare.

Novendecim ab hinc annis Titius ad celebres nundinas profectus, in orbita ad Urbis, in qua ea celebrantur, ingressus facem aureis & argenteis nummis plenum invenit ad trium mille librarum summam. Postridie ex amici consilio, suoque ipsius instinctu id egit, quod D. Augustinus Serm. 19. de verbis Apostoli Mediolani, ubi tum debebat, in simili facti specie se egisse narat, videlicet affigendam curavit in viis schedulam, qua omnibus notum fecit pecunie summam non mediocrem a quodam repertam esse; & in Urbis certa domo reddendam, ei, qui idoneis argumentis eam a se amissam esse probavisset. Libellus hic pro concione lectus ab omnibus Urbis Parochis, & ad omnia circum loca missus est. Adhuc tamen sciri non potuit, quis hæc summam amisit, licet sequenti anno eorundem nundinarum tempore rursus eadem diligentia adhibita fuerit, ac negotium adeo notorium ob resum ejus animum, qui hæc pecuniam invenit, perinde atque ob curas, quæ ejus proprietarii detegendi causa suscepit, magnum in Provincia atque adeo longius amorem excitaverit.

Qui hæc summam invenit, aliquot post annos ea usus est, tanquam bono, quod insperata lucebat ad eum devanisset; non ei angusta domi res, aut numerosa familia est; atque ita tanquam pauper & in egestate constitutus spectari non potest; est præterea, cur ad avaritiam alienus ejus animus commendetur, quoniam ipse suapte sponte inventa summam plusquam sextam partem in piis operibus atque elemosinis

collocavit, sed quod reliquum est, retinet tanquam pecuniam ad se pertinentem; & nondum, graves licet rationes eidem attulerit ejus Parochus, adduci potuit, ut sententiam inter Casuistas adeo communem amplecteretur, id nempe, quod inventum est, in piis operibus impendendum esse, juxta intentionem, quæ in eo prescribitur, qui id amisit. Nihilominus palam facit, spondetque fore, ut in eam sententiam descendat, si Sorbonæ Doctores deciderint ipsum ad id in conscientia foro obligari, dummodo rationes diluerint, quas ut præsidium querat, sibi prælo esse contendit, quæque ei a magni nominis Viro, cujus colonus est, suppeditata fuerunt.

I. Afferit, quicquid de Sacris litteris, Sanctis Patribus, iploque D. Thomæ in medium afferit, ad Casuistarum opinionem firmandam, id unum evincere, diligenter curandum esse, ut qui iacturam fecerit, detegatur; eique detesto id, quod ad eum pertinet, restituatur, & inventa res ei reddenda servetur, quoad ejus detegendi spes aliqua superviet; atque oppositam adversiones, quibus ejus Parochus se prioris ad rem responderi non posse fatetur.

II. Se summam hæc retinentem de avaritia argui non posse, quoniam in piis operibus non mediocrem ejus partem impendit, quod autem remanet, non ad se supra suam conditionem extollendam, aut filios suos aptius collocandos, sed ad eos tantum in honesta mediocritate sustentandos inferviet. Neminem etiam, ait, accusari potest, quod alienum bonum retinet, quandoquidem ipse per se hunc possidende pecunie inceptus non est; eum civiles leges, quæ thesaurorum utrum definitur, de amissis bonis nihil statuerint, eam eorum proprietarius ignotus est: afferi & illud potest, eum, qui hujus pecunie iacturam fecit, ad eam nullum amplius sibi jus arrogare, quia ejus recuperandæ spe decidit. In his circumstantiis hoc bonum pro relicto habendum est, eorumque naturam induit, quæ profus domino carent, & cedunt primo occupanti; quæ quidem pertinere non possunt nisi ad Principem, aut ad veterem possessorem, aut ad Ecclesiam, aut ad Pauperes; porro non spectant ad Principem, qui iis sibi vindicandis nullam omnino legem edidit, quem-



scilicet prescriptionis. Si ergo qui rem invenit, eam ad se spectare contendit, postquam necessarias curas adhibuit, ejus est jus hoc per aliquam legem ostendere; dicere enim rem in via publica inventam esse, absque ullo titulo, non videtur ad proprietatem vindicandam id satis esse, quoniam fideiuramentum confiteri contrarium prescripsit, qui quidem ejusmodi bona in piis operibus impendere contulerunt, ut ait Palao pars. 7. pag. 47. ex consuetudine inter filios videtur prescriptum, ut hac bona in pio usui expendantur.

Ut res habeat, tantum abuit, ut Divus Carolus crederet satis esse rem animum a quopiam inventam esse, ut is ejus dominus evadat; ut notius 2. p. suorum Astorum §. de res. incerta p. 411. in Metropolitana & in quaque Parochiali Ecclesia capitulum seu loculum penendum mandaverit, in quo inscriptio mascululis litteris exarata proferat, verum inventarium loculum, in quo ex tantum reponerentur, quarum dominus ignoratur, non autem que ablata, aut male acquisita, ac proinde restituenda sunt: In restitutionem rerum, que casu inventas, nec furto subtrahat, aliter dolo sublata, aut alio modo male parte restituenda sunt, ad cuius decreti facilitatem executionem hoc prescribit, ut in Basilica nostra Metropolitana, & in unaqueque Ecclesia Diocesis plebana loci conspicio & distinctio Casus prope conspiciantur, que litteris grandisculis describatur, Casus inventarum addit porro: ob pauperitatem vel ob aliam causam que Confessario visibilibus damus, ut nostra auctoritate remittere possit debitam restitutionem rei inventas, que plura non valent scribi solidi. Ibidem dicitur, facta hypothese rem domino restitui non posse, in Acta fideliter referendum, quicquid in pia opera collatum fuerit.

R E S I D E N T I A.

Episcopi & Parochi tenentur Jure divino residere in propriis Episcopatibus & Parochiis, ut monet Tridentina Synodus, dum pronuntiat, prater grave peccatum, quo se adstringunt ii, qui non resident, eos ipsos suorum quoque Beneficiorum fructibus pro absentia ratione spoliari. Canonici quoque residere, & Choro interesse debent, prout definit eadem Synodus loco citato cap. 12. De quibus tamen cum sitis dictum fuerit Titulo de Canonicis, ideo locus hic consuli potest.

Vide (CANONICI).

C A S U S

Canonicorum residentia ad grossos fructus percipiendos.

- 1 Canonici, ut Præbendarum suarum grossos fructus lucrarent, novem mensium spatio interesse debent.
2 Discrimen inter grossos fructus, & distributiones manuales.
3 Discrimen inter Beneficia, que residentiam postulant, & que ab eadem eximunt.

Q U Æ S I T U M.

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut decident, an Canonici tunc conscientia grossos fructus lucrari possint, quin integro anni spatio resident, aut intra sex hebdomadas non tantum die residentes, neglecto Officio, omnique Ecclesie servitio? Qui affirmantem partem tuerent, nitantur, immemorabilis Ecclesie sue consuetudine, qua, ad grossos fructus quod attinet, a residentia eximuntur, multarum Ecclesiarum Gallicæ ac Romæ ipsius more simili, Pontificis, & Episcoporum tolerantia, distinctione inter grossos fructus & distributiones in Jure recepta, simplicium denique Prioratum a residentia exemptorum exemplo. Sed alia ex parte videtur naturæ consonum oportere, ut Canonici Ecclesie deserviant, præsertim cum Tridentina Synodus hanc ipsi obligationem imponat, ad grossos quoque fructus quod spectat.

R E S P O N S I O.

Theologicæ Doctores subscripti censent, Canonicos Præbendatos, si novem saltem mensibus per annum resident, Ecclesie sue, que a residentia ipsos eximit, immemorabili consuetudine se tueri non posse; abusive est enim consuetudo hæc, quemadmodum sess. 24. de Reform. c. 14. Tridentina Synodus declaravit; id quod conforme est Juri Canonico c. Eximpenda, §. Qui vero de Præbendis, & c. Porro c. 2. de appellat.

R E S I G N A T I O.

Beneficium resignare nihil est aliud, S. Antonini (a) sententia, quam de jure, quod ad illud habetur, ultro cedere, & illud ei tradere, penes quem collationis jus est. Quo loco animadvertendum, Ecclesiasticorum plerisque opinari Beneficium resignare idem esse atque alteri tradere; id quod

(a) S. Anton. 2. part. tit. 1. cap. §. 5. 12.

id quod cum resignationis natura ex diametro pugnat, quia cum Beneficium ad Ecclesiam pertineat, non autem ad Possessorem, qui ejus tantum Administrator est, nil juris adest, illud per resignationem alteri tribuendi, sed illud in ejus manu, quem Ecclesia ipsius collatorem constituit, pure ac simpliciter est dimittendum.

Resignatio dividitur I. in expressam & tacitam. Tacita est, quæ ex Jure provenit, non autem ex Resignantis expressis verbis, causa exempli cum in aliqua Religione Professio emittitur, matrimonium contrahitur, seu cum alterius Beneficii, quod simul stare non potest, possessio suscipitur. Expressa est resignatio, quæ fit per expressam Beneficiarii voluntatem, volentis jus deserere, quod in Beneficium aliquod obtinet. Et hæc quidem tribuitur in resignationem puram & simplicem, & in resignationem in favorem; ea tum fit, cum absque ullo pacto, ullave conditione Beneficium ei traditur, qui illud conferendi jus habet, ut illud pro suo ipse arbitratur distribuat; quæ autem in favorem dicitur, conditionata est, ac tum fit, cum Beneficium resignatur ea conditione, ut Collator illud ei conferat, in cujus favorem dimittitur.

Potest etiam resignatio in favorem dividi in resignationem, quæ fit, cum adest mortis periculum & vulgo dicitur resignatio causa mortis; & resignationem, quæ fit sine mortis formidine; ac denique in resignationem, quæ fit causa permutationis, de qua quidem postrema alibi dictum est. Quoad primam, resignandi facilitas in causa fuit, ut vacatio per mortem, quam studiosissime fieri posset, anteverteretur. Itaque quicumque se agrotare intelligeret, antequam moreretur, ac sæpe morti proximus resignabat; cui fraudi ut occurreretur, edita est Romana Cancellaria regula de infirmis; ut nempe si infirmus resignaverit, & intra viginti a resignatione dies e vita decesserit, provisio ob hanc resignationem concessa nulla sit, & Beneficium conferatur morte vacans. Juvat animadvertere has in favorem resignationes nunquam in Jure permissas fuisse, nullumque vel Gratiani Decreto, vel in Decretalium & Clementinarum Voluminibus earum exemplum occurrere; ita ut ipsarum origo non altius repertæ possit quam a fine sæculi quinti decimi, quo perederunt earum usus in Ecclesiam irrepit. Eæ nimirum adeo semper habitæ sunt sanctis Canonibus, & Ecclesie Legibus adversæ, ut Rex Carolus IX. ann. 1563. suis in Tridentino Concilio Oratoribus id mandaverit, ut earum abolitionem preterent, quod per eas Beneficia veluti hæreditaria redderentur.

Non est omittendum, resignationes in favorem nunquam in Ordinarii manu fieri posse, sed esse semper earum gratia ad summum Pontificem confugiendum; ratio est, quia ejusmodi resignatio prohibetur humano Jure, & qui suum Beneficium ea conditione resignat, ut Collator alteri, qui nominatur, illud conferat, Jure Ecclesiastico simonia se obstringit, ac solus denique Pontifex ea omnia purgare potest, quæ unius quidem Ecclesiastici Juris sunt. Quomobrem inter resignationem, quæ fit in manu Pontificis eamque, quæ in Collatoris ordinarii manu fit, id discriminis intercedit, quod in priore quidem declaratur, illam fieri ea conditione, ut Pontifex Beneficium nominatæ personæ conferat, & non alias, quia cum Pontifex possit ad Ecclesie quidem bonum in Jure Ecclesiastico dispensare, minime timendum est, ne impetrabile Beneficium reddatur, quamvis ea conditione apposita resignetur; in posteriore vero ejusmodi conditio non exprimitur, quippe quæ, cum Ordinarius hujus simoniæ purgandæ facultate careat, Beneficium impetrabile redderet.

Vacationis per mortem, Beneficio non abdicato, impediendæ alia quoque ratio erat, ut illud nempe resignaretur, & provisionum expeditio obtineretur, ea tamen conditione, ut Resignatarius ad usque Resignantis mortem negotium totum celaret. Huic malo remedium attulit regula de publicandis, qua statuitur, ut effectus careat resignatio, nisi Resignatarius eam declaraverit, & intra sex menses, si a Romana Curia, intra mensem autem, si ab Ordinario provisiones obtinuerit, possessionem inierit; secus Beneficium conferatur morte vacans, cum Resignans de possessione decesserit. Quod si Resignans elapsis sex mensibus, adhuc in vivis sit, Resignatarius potest semper eum a possessione deturbare, dummodo non ultra annos tres expectaverit; post illud enim temporis spatium Resignans novum titulum acquisivisse censetur vi Decret. De pacificis. Notandum tamen, post hoc triennium Resignantem non amplius eidem resignare posse.

Potremis temporibus Resignantis persona tamquam favorabilis spectata est, nec placuit eundem facile spoliari posse. Itaque ea tamquam firmissima statuta sunt; procuracionem resignationis gratia Notarii manu exarata, & peculiarem esse oportere; impuberes ejus incapaces esse; ni resignatio intra annum fiat, procuracionem nullam esse, quia revocata præsumitur; eam, quandiu res in integro fuerint, revocari posse. Firmatus est etiam regressus, videlicet ad resignatum Beneficium redeundi postulatio, idque in tribus omnino casibus. Primus est convalescentia, perinde ac si qui periculoso morbo laborans resignavit, non nisi mortis metu, ac non sine tacita regrediendi conditione resignaverit. Casus alter est minoritas; si nempe qui nondam ætatis annum 25. attingit, eo adducatur, ut, patre, seu tutore inventis, resignet. Tertius demum casus est, si qua resignationis conditio impleta non fuerit, ut proinde ea inter consueta Contractuum genera referri videatur. Tridentina Synodus omnes omnino regressus, quocumque demum prætextu niterentur, prohibuit, & generatim vetuit, quicquid in Beneficiis aliquam hæreditariæ successione inimginem referat. Id quidem omnibus antiquis Canonibus continet, ac nos docet eos esse quibusvis recentioribus abusibus anteponeudos.

- (BENEFICIA.
CANONICI.
PAROCHI.
PERMUTATIONES.)

C A S U S I

Beneficii resignatio causa mortis.

- 1 Infirmus, qui resignat stipulans se, nisi moriatur ad Beneficium suum rediturum, renitit esse conscientia, perinde ac Resignatarius.
2 Resignans, qui cum per annos tres Resignatario Titulum reliquerit, regressus est, regressi non potuit suarum priorum provisionum vi, nec Beneficium realiter administrare; sed eos pauperibus, vel proprii Tituli Ecclesie restituere cœnecur.

Lamæ Tom. II.

Q U Æ S I T U M.

Viginti quinque ab hinc annis Jacobus ægrotans tenore Beneficium simplex resignavit Joanni fratri suo, qui sumpsit Visa, ac deinde possessionem inuit clam, & nullis dictis omnibus tamen in ea facti specie requisitis cœremoniis servatis. Is quidem ea mente fuisse creditur, ut fratri Beneficium redderet, si convalesceret. Et sane cum illud octenni spatio tenuisset, quia ex eo quicquam periret, quia Peudis continebatur fratri permisit, ut illud iterum sumeret, ejus fructus perciperet, seque







profus involuntario resignaret. Quomobrem quocumque pacto Transactio spectetur, ea locum habere non potest; ut proinde Domini de Capitulo N... & Dominus M... non possint citra peccatum Domino B... ejus subscriptionem proponere; ac si ea forte subscriberetur; atque executioni mandaretur, illi in omnes censuras inciderent, omnemque penas subirent, quas Jus in simoniacos pronuntiat.

Hic in hunc modum constituitur, Accusati quationibus facile satisfaciunt ad primam igitur respondetur, Dominum B... si aliter nequeat libertatem suam reparare, sequi a periculis eximere, quibus ejus valetudo, ac vita ipsa obnoxia est, dum exulat, absque a proximorum suorum subsidio, se a vexatione liberare posse; eoque magis, quod eo statu, in quo versatur, spectato, nihil dat, semperque jus habet petendi, ut cessio, quamcumque instituerit, utpote libertate carens nulla declaretur. Ad ejus famam quod attinet, ea quodammodo repararetur, quoniam Transactione, ac Rescripto innocens declararetur.

Consulti possunt cap. 2. & 4. Qua vi & ubi Pontifex edicit, jubetque ut iis Beneficia restituantur, qui per metum ea resignaverunt; quod argumento est, id simoniacam non esse, ac praterea non opus esse novis provisionibus, ut restitutus Beneficio fruatur.

Ad secundam, ac tertiam, non apparere, qua de causa Judices, qui e Syngraphis, quas pra manibus habent, Domini B... innocentiam competentem habent, negotium hoc definitive non dijudicent, & renant et tradere interlocutorium Rescriptum quod ediderunt, quodque ejus innocentiam probandae infervere possent. Si ut ejus Adversariis patrocinentur, eumve ad Transactionem sibi propositam firmendam impellant, in rem, ut probatum est, iniquum ministerium suum conferunt, apud Deum gravissimo se crimine obstringunt, omnium incommodorum; quae Dominus B... post hoc Rescriptum sibi denegatum pertulit, vel in posterum perferet, rationem reddituri.

Decisum hac die 13. Octobris ann. 1697. G. Fromageau.

C A S U S IV.

Resignatio cum pensione.

Communis opinio patitur, Clericos ex proprio patrimonio habentes, unde subsistant, Beneficium obtinere, ejusque redditus percipere, nec non pensionem sumere ex Beneficio, quod ejus servanda sit capax, cum ei per annos pluresquam quinquaginta deservierint.

Q U A E S I T U M.

Parochus per annos viginti tres Parochia potius, quae sexcentis atque adeo octingentis libras supra mille quotannis reddit, siquae officio strenue persolvit, quietis studio, Beneficium suum cum Capella librarum 110. solutis oneribus, permutavit, sibique librarum 290. pensionem reservavit; id quod summam esset 400. librarum, quibus haec tenus possidet ultra 1200. patrimonii libras, quod sane satis est, ut cum dignitate subsistat.

Quaeritur ergo, I. Utrum hic Parochus tuta conscientia pensionem eam exigere possit? Dubitandi ea ratio est, quod Cardinalis Tolentus cap. Ad quosdam de rerum perm. l. 5. c. 83. a Domino de Spinae Bona casu 138. tom. 1. in responsum ad questionem secundam laudatus ait, jus non esse privatis hominibus pensiones ex Beneficiis, quibus deservierunt, sibi reservandi, unde subsistant, ut se sustentent, nec aliunde habeant, dum; jam vero Parochus hic in hac ipsa facti specie versatur. Huc accedit, eam communior ac sanior esse Doctorum sententiam, Clericum Beneficia plura, quorum unum ad dicare debere; adeoque a pari, atque etiam a fortiori Parochus Beneficium gaudenti minime licere ex suo Compermutante propria Parochia Pauperibus ac censibus onerato pensionem percipere. Hunc ipsum Episcopum Ruralem Decanum creavit, quo munere ut utiliter sanctae fungatur, inelutrea Domini de Saino Beve, de patrimonio vivendum esse, Beneficium autem redditus Pauperibus relinquendos.

II. Pensionem sane Pontifex & Senatus probarunt, & Compermutans, quippe qui quam sibi onerosa futura esset, non intelligeret, in eandem consentit. Parochus quoque abdicans non sine sumptu Presbyterium commodis dignitate reddidit, & ad Ecclesiam ornatum non nihil contulit. Quaeritur, an haec rationes ei jus afferant pensionis, qua quidem non indiget, exigenda?

III. Quaeritur, an facta hypothese Parochum hunc debere

pensionem remittere, quicquid percepit, restituere teneatur? Fatur ille eam sibi usui fuisse in acquirendo his mille librarum fundo, quem impendit ad extruendum ac fundandam Capellam, cujus usufructum sibi reservavit, atque uni e suis consanguineis praesentationem reliquit.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, in proposita facti specie Parochum legitime potuisse ex Beneficio, quod per annos 23. administravit, 290. librarum pensionem sibi retinere; haec enim pensio omnes obtinet condiciones, quae, ut iusta ac legitima sit, requiruntur. Qui eam percipit, & diu & rochialium proventuum ratione habita, quoniam non exaquet partem tertiam, cum Parochia libras 1500. atque adeo 1800. libras reddat; qui eandem Parochiam abdicat, tum ad Presbyterii institutionem: uno verbo potestatis duae, Ecclesiasticae & Civilis eandem pensionem firmanunt; non igitur ea iure damnari possit.

Obijciuntur duo; primum est, Parochum hunc absque ejusmodi pensione satis habere, ut congrue vivat; ejus autem successorem, utpote 290. libris ex Parochia gravatum non habere, quo Beneficium oneribus satisfaciatur. Alterum est, ut habere, quo satisficeret: Beneficium tamen, multoque minus pensionem ex Parochia retineri non posse, si adint, ut in Parocho, de quo agitur, patrimonium pingue, acquisitum fundi, & Beneficia simplicia.

Ad haec respondetur, Parochia proventum librarum circiter 1800. esse, ac proinde dubitari non posse, quin, pensione soluta, satis superfit, quo oneribus satisfiat, in quorum sane numero ponenda non sunt expense, quas Parochus teneatur conficere, ut Decani Ruralis dignitatem sustineat; praeterquamquod enim Commissio hac est e transmutatione genere Beneficio extranea est; Episcopus ea suppeditare debet, quae ad munus illud obeundum sunt necessaria, quicquidem instructus est, non tenetur illud propria Parochia impensis obire, praesertim si ita se gerens necessarius Ecclesiae suae operibus impar evadat.

Quod si statuat, satis pingui reditu Parochum opus habere, ut omnibus Parochiae suae pauperibus opem ferat; consequens fiet, non solum sere nunquam ex Parochia pensionem percipi posse, verum etiam eo preterit Beneficia plura Parochia quamlibet pingui uniri posse, quia pauperum subsidio indigentium ingens numerus sere ubique locorum est. Porro pluralitas Canonibus omnibus, & nominatim Tridentinae Synodi Decretis proscripta est.

Opponitur secundo loco, Beneficium, cui patrimonium est, ex patrimonio vivere debere, & Pauperibus Beneficium sui proventum relinquere. At si id omnino atque absolute necessarium foret, Clericus ex patrimonio dives nunquam Beneficium illud suscipere deberet, quia si eo frui nequeat, nihil est, cur illud administrandum suscipiat. Porro contra istam opinionem magis nominis Theologos patronos ac defensores habet. Docet D. Thomas 2. 2. q. 185. art. 7. ad 3. Clericum in articulo necessitatis Beneficium sui sumptibus vivere non debere, cum satis habet ex patrimonio, quo vivat: In tali necessitate peccat Clericus, si vellet de rebus Ecclesiae vivere, dummodo habeat patrimonium bonum, de quo sibi vivere possit. Quo loco videtur pro certo ponere Clericum extra eam facti speciem atque ex patrimonio, atque Beneficio vivere posse. Et sane Cajetanus in hunc locum distertis verbis ait, Ecclesiasticum quantumvis ex patrimonio habeat, Ecclesiae bonis absolute frui posse: Vile, quod Clericus, vel Episcopus quantumcumque habeat patrimonium, potest de Ecclesiasticae Praebenda vivere, nisi in articulo necessitatis.

Praterea Tolentus lib. 5. cap. 83. num. 3. pronuntiat, ex Jure Cap. Ad quosdam, de rer. perm. cum de Beneficiorum permutatione quaestio est, quorum unum alio majus est, compermutationis loco cum dispensatione pensionem alteri tribui, ut ita, qui plus accipit, ejus, qui minus accipit, damnum saltem ex parte reparat, idque per pensionem fit, quam Papa confirmat, ut contingit in duobus Compermutantibus, de quibus agitur. Alter enim Parochiam dedit, cujus librarum 1800. redditus est, pro librarum 110. Capella potuit ergo, ut propriam damnum faceret, librarum 290. pensionem petere.

Quocirca non est Clericus hic in ejusmodi pensione turbandus, si tamen eam dimittere cogetur, quia ob casus, qui minime praevideri potuissent, Compermutans eam solvere, & Parochialis oneribus satisfacere omnino non possit, vel quod aliunde habeat ipse, quo subsisteret, quoniam haec tenus in bona fide fuit, id tantum, quo distor evassit, restituere teneatur; atque ita si ex pensionis pecunia struxit, fundavitque Capellam, de qua in Expositione dictum est, ejus usufructum Compermutantis sui bono relinquere, vel quod responderet, ex pensione reddere teneatur.

Decisum hac die 15. Maji ann. 1702. G. Fromageau.

C A S U S V.

Resignatio fictitia.

1. Cum novit Episcopus Clericum ex sua resignatione Beneficium obtinisse, debet ei denegare Visa.
2. Ecclesia Decanus, qui non ignorat defectum resignandi capax non fuisse, refragari debet possessioni civili, quam pseudo-Resignatarius intra vult.
3. Interdum hic tenetur in foro conscientiae Canonice, cui ab Episcopo provisum est, pacificam possessionem relinquere, eique neganda est absolutio, quamvis iudicio contentio.
4. Nullus Advocatus, de re, prout se habuit, de quo Pontifex deceptioe cognoscens non potest tuta conscientia intrusum defensionem suscipere; ac si causam vinceret, omnia Canonice, qui licet perdatet, dispensanda, damna, incommoda reparare deberet.
5. Idem statuendum de iis omnibus, qui non sine cogitatione ad intrusum sustentationem conferunt.

Q U A E S I T U M.

Brutus Cathedralis Ecclesiae Canonice, apoplexia correptus, ita rationis ac linguae usu privatus jacuit, ut spatium mensium quinquae ejus confessio excipi non potuerit, quamvis nihil omittetur, ut, quo primam momento temporis commode possit, ei Viaticum tribueretur, sed Capituli Decanus, ejus Parochus absolutorem ei solum largitus est, quod eum, cum bene valeret, probum Ecclesiasticum agnovisset, quodque ab ingenio viris ac fide dignis certior factus esset, eum biduo vel triiduo ante quam eo morbo corripsetur, generale Confessionem edidisse, ei pariter ipse Extremam Unctionem administravit, quin ille quicquam mente perciperet.

Biduo post hoc Sacramentum susceptum Julianus ejus nepos opportunum tempus adesse credidit, ut sibi a Patro Beneficio resignarentur; sed cum in Urbe, in qua debebat agrotus, Notarium reperire non posset, qui hominis in eo statu versantis procuracionem ad resignandum transigere vellet: Sicophantus ejus amicus, Sanctae Sedis Protonotarius, cujus Litterae Officiali Curiae non sunt exhibita, Brutum domum petit una cum duobus testibus Collydriis, & Ingemio, & quidem non sine facris insignibus, utpote qui Ecclesiae ejusdem Canonice essent; cumque ex eo quaevisissent, vellent Julianum nepoti Praebendam suam resignare, sumpto agrotantis silentio pro sententia, & confessione, Sicophantus alibi quam in Brutum domo procuracionem ad resignandum edidit, eamque ex Brutum domo spoposuit, duobus testibus, quos diximus, subscriptis. Missa est ad Romanam Curiam procuratio, eisque vi Julianus provisiones in forma dispensationis obtinuit, eisque secum retinuit, quousque in extremam Brutus ageret; & pridie ante ejus mortem se fuit Episcopo, ut Visa obtineret, Remisit Episcopus, ac de facta, in quo agrotans jacuerat, non ignorans ex consanguineorum & Praeclitum testimonio, atque ex fama publica, petiit, ut sibi procuratio exhiberetur, quod Julianus nunquam facere voluit, qui probe nosset, si eum, qui hunc Actum receperat, ac testes nominaret, periculum fore, non illi, perinde ac si ipse actus arguerentur. Excepit ille se non teneri eam procuracionem ostendere, aut Notarios, qui eam receperant, nominare vel patere: & Episcopo quidem resagante, secularis Magistratus auctoritate possessionem inquit a die mortis, cum alius, cui Episcopus Beneficium contulerat, iuxta confectas litteras a Capitulo Decano possessione donatus esset. Quaeritur, I. An Episcopus, qui haec omnia probe nosset, non deberet in foro conscientiae Julianum Visa denegare? II. An Decanus Ecclesiae, in qua Julianus, Magistratu mandante, possessionem inivit, certo sciens Brutum resignando imparem fuisse, quoniam ipse, qui ejus Parochus erat, ei nec Viaticum, nec Confessionem administrare potuit, non deberet huic possessioni se opponere, & nihil intentatum relinquere, ut eam impediret?

(a) S. Thom. 2. 2. quaest. 62. art. 1. in corp.

R E S T I T U T I O.

Restitutio Justitiae actus est, quo id, quod ablatum est, vel, cum alienum sit, retinetur domino reditur, seu damnum, quod alteri contra jus saepe illatum est, reparatur; definitio haec conformis est explicacioni, quam affert Divus Thomas, (a) cum inquit, restitit nihil aliud esse, quam aliquem iterum poni in possessione vel dominio rei, ad ipsum spectantis. I. est actus Justitiae, quia Justitia virtus est, quae efficit, ut jus suum cuique reddatur; quomobrem tum solum adest restitutionis obligatio, cum contra Justitiam peccatum est. II. Per restitutionem redditur bonum, quod ablatum est, seu quod, cum alienum sit, retinetur, quia non solum restituendum est, quod utcumque raptum est, sed etiam quod absque ulla culpa pra manibus habetur, cum ad alios pertineat, ut si inventa esset crumena, cujus dominus innotesceret.

III. An Julianus non teneatur a lite recedere, quam in eum intentat, cui ab Episcopo provisum fuit; atque an ejus Confessarius absolutorem ipsi denegare non debeat, si forte ille provisione uti velit, quam ejus procuracionis vi a Romana Curia impetravit?

IV. An Protonotarius Sicophantus, ac duo testes Collydrius & Ingemius non excommunicati sint, quod Beaudifino Patri ita impulerint; ac non errati penitentiam, & quidem quatenus agere debeant?

V. An quicumque de hoc negotio non ignorant, non teneantur, quicquid inspectum habent, Judici declarare, & pro viribus in id incumbere, ut hanc Juliani intrusionem impediant?

VI. An Procuratores & Advocati, qui hoc omne consilium norunt, non teneantur in foro conscientiae Juliani causam deserere, vel eam non suscipere sub mortalis peccati poena, atque adeo restitutionis, ratione Partis?

VII. II, qui clare & distincte rem cognoscentes Julianum deservierunt, agere debeant quoad eum, cui legitime ab Episcopo provisum est, si forte Julianus Judicis auctoritate Beneficium obtineat?

R E S P O N S I O.

Theologiae Doctores subscripti, qui propositam facti speciem viderunt, exillimant, Episcopum in foro conscientiae Julianum Visa negare debuisse, siquidem competentem habuit, Brutum ei Beneficium non resignasse; atque adeo Romanae Curiae provisiones subreptitias fuisse.

II. Ecclesiae Decanus, cum certo sciret, Brutum edendae resignationi imparem fuisse, debuisset nisi pro viribus ut impediret, ne Julianus possessionem iniret.

III. Julianum debere a lite desistere, quam in eum intentat, cui ab Ordinario provisum est, facta hypothese Patrum ei reipsa non resignasse, & res ita, ut sunt exposita, sese habuisse; quia procuratio nulla est, cum quoad Brutum, qui nullum consensum argumentum exhibuit, cum quoad Sicophantum Protonotarium, qui nulla pollebat auctoritate, ex Regni regulis, quae continentur Edicto Henrici II. in Fano S. Germani mensis Junio ann. 1550. art. 1. & Rescripto Senatoris die 10. Februarii ann. 1559. edito inter Officiales & Expeditionarios in Romana Curia, & Notarios Apollonicos, relato a Nerone p. 561. editionis ann. 1656. Confessarius autem Julianum absolutorem negare debere, si in Confessione injustitiam, quam patravit, aperiat, suasque provisione uti velit.

IV. Protonotarium Sicophantum, duosque testes Collydrius & Ingemium in excommunicationem quidem non incidisse, quod ad sancti Patris nostri Papa deceptionem contulerint, ut sentium gravissimi Canonice ac Theologi, qui super hoc negotio scripserunt: Vide Prosperum Fagnanum de crimine falsi, c. Ad falsarium, n. 55. Ricardum in 4. sent. dist. 18. art. 13. q. 3. Cajetanum in sum. v. Excommunicatio c. 26. Sayrum de censuris lib. 3. c. 10. n. 5. &c. sed eos tamen ipsos gravissime deliquisse, atque ex prudentis ac docti Confessarii sententia patrum delicti penitentiam agere debere.

V. Eos, qui de negotio cognoscunt, teneri, quicquid sciunt, Judici declarare, cum in Jus legitime vocati fuerint.

VI. Procuratores & Advocatos debere ab hac causa recedere, neque eam omnino suscipere, si de negotii supra propositi injustitia cognoverint; eosque ad omnia damna reparanda obligatos fore, quae ab Episcopo provisum pateret, si ob praesidium ac patrocinium, quod Julianus ipsi exhibuissent, illa licet perderet.

VII. Eos omnes, qui clare & distincte negotium hoc cognoscentes operam conferunt, ut ab Ordinario provisus suo iure privetur, & in causa erunt, ut illud Beneficium Judicis auctoritate Julianus obtineat, obligatos fore ad faciendam damna, quae dicto per Episcopum provisum contingerent, videlicet ad restituendos omnes fructus ac redditus Beneficium, quod obtinisset, & qui ei vi proprii Tituli deberent, & ad omnes sumptus, quos in lite agenda edidisset, reparandos.

Decisum Parisiis hac die 26. Aprilis ann. 1674. Aug. de Lamoignon.